

**De gangraena : dissertatio inauguralis medico-chirurgica quam consensu
illustris medicorum ordinis pro obtainendis summis in medicina ac chirurgia
honoribus defendet / auctor Augustus Stapp.**

Contributors

Stapp, August.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Gottingae : Literis Barneierianis, [1793]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/djcja4bh>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Z

A D N A

D E

G A N G R A E N A.

GOETANGAR

А И З А Я Ѕ И А Ծ

DE
GANGRAENA

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
MEDICO - CHIRVRGICA

Q V A M

CONSENSV ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS

P R O

OBTINENDIS SVMMIS

I N

MEDICINA AC CHIRVRGIA
HONORIBVS

DEFENDET

A V C T O R

A V G V S T V S S T A P P

C E L L E N S I S.



DIE XXI DECEMBRIS CICCLXXXIII.

GOTTINGAE
LITERIS BARMEIERIANIS.

ДЕ
АИНАЯДИА
ГАИ

ДЕСЯТАЯ КНИГА
МАСЛО-ХИРУРГИЯ

ИАН

КОНСИСТУАЦИЯ МАСЛА-ХИРУРГИЧЕСКОГО ГРЮБОГО

ЛЮБОВЬ

ГОТИЧЕСКИХ СУММ

ЛЮДОДОГИАЛ

МЕДИЦИНА АК ХИРУРГИЯ

НОРИАВА

ДЕСЯТАЯ

ЯВОДА

ПЧАТЫ АУТАУА

ГРЮБОГО

ДЕ XIX ДЕСЯТАЯ КНИГА МАСЛО-ХИРУРГИЧЕСКОГО ГРЮБОГО

ГОТИЧЕСКОГО

ЛИТЕРАЗИАВАИАЛ

СИЯН

DISSESTITUTIONEM
OPTIMO ET EGREGIO
P A T R I
LVDOVICO STAPP.

§. III.

Quoniam Octo V. Ann. L. et ad
do inobilitate, nonne in nobis in-

H A N C

DISSERTATIONEM ACADEMICAM

COMITI ET MUREGIO

PALEA,

ELADOIDO STAPP.

QVA PAR EST, REVERENTIA

D. D. D.

A V C T O R

etiam millesimis alijs da, ad orationemq; ad latum
mucosum excoiffisit, ut libato liquere possid
insergantur s; enim: et in absoluib; multo
post alijs intermixtis multum. Quodque
res multo res.

§. I.

Gangraena et *necrosis* illae affectiones
sunt, vbi pars organica omni vitae signo
destituta appareat, et a structura naturali
discedit, vt mox a reliquo, eoque viuo,
corpore separetur.

§. II.

Omnes corporis partes utriusque af-
fectioni obnoxiae sunt. *Necrosis* s. *spha-*
celus siccus vocatur morbus, si pars mor-
tua exsiccatur, sine manifestis corruptio-
nis putridae notis; *gangraena* s. *sphace-*
lus humidus, si adeat corruptio putrida,
cadauerosa, ichorosa.

§. III.

Quum gangraena ossium, s. exfolia-
tio insensibilis, eorumque necrosis ob-

multa phaenomena, ab ipsa ossium fabrica explicanda, ab affectione partium mollium discedat *a*): iure a gangraena partium mollium separatur. In hac tractatione solam partium mollium gangraenam sum expositurus, quum totius affectionis enarratio arctos, quibus circumscriptus sum, limites transiret.

§. IV.

Si qua corporis viui pars omni sensu, motu et calore naturali destituitur, *gangraena* exorta est, quae, omnibus tandem vitae notis extinctis, *sphacelus* nuncupatur, licet statui nequeat, gangraenam semper in sphacelum terminari, sicut etiam interdum sphacelus obseruat, absque gangraena praegressa. Quum vero gangraena et sphacelus ratione causae eundem morbum fistant, et gradu-

tan-

a) Cfr. Cl. WEIDMANN progr. de necroſi ossium CORNELIUS TRIOEN obseruat. med. chirurg. fasciculus L. B. 1743. Tab. 8.

tantum differant: haec nomina promiscue ab auctoribus in usum vocantur. **Gangraena** et **sphacelus** vel siccitatis vel humiditatis signa edit; inde morbus in siccum et humidum diuiditur.

§. V.

Gangraena s. **sphacelus humidus**, in partibus humidis plerumque oritur ^{b)}, quae scilicet corruptionem cadaverosam, cum solidarum summa dissolutione induunt. Signa vero non solum localia, sed quoque vniuersalia sunt.

Pars affecta plerumque inflammata, omnem suam functionem amittit, calor animalis extinguitur, digitusque impressus vestigium sicuti in oedemate relinquit; dolores euanescent, color inflammatorius, vel nativus, transit in liuidum, demum nigricantem; epidermis nonnullis locis a cute secedit et in vesiculos,

A 5

serum

^{b)} Ill. RICHTER praceptor pie deuenerandus in Anfangsgründen der Wundarzneyk. Vol. I. §. 138

serum purum aut subrubicundum continent, attollitur. Hic status gangraena vocatur, cui iam accedit sphacelus, quem putrida et foetidissima dissolutio prodit.

Signa vniuersalia in reliquo corpore obseruantur. Imminuitur phlogosis et febris inflammatoria sine crisi manifesta; summa virium prostratio; horripilationes frequentes, symptomata neruosa e. g. subsultus tendinum, conuulsiones, sudor frigidus gelatinosus extremitatum, deliria. Apparet itaque, omnia haec symptomata vniuersalia exacte illis respondere, quae in febre putrida neruosa obseruantur. Febris gangraenosa sine dubio ad hanc classem pertinet; febris putrida subinde in gangraenam localem metastatice terminatur, saepius quidem cum mortis periculo, interdum tamen cum spe sanitatis c).

§. VI.

c) Huc pertinet febris putrida inter classios regios Hafniæ grassata, metastasi gangraenosa stipata,

§. VI.

Caussa proxima gangraenae residet in extinctis viribus vitalibus, unde pars affecta cadaueris instar putridam dissolutionem subit, aut impedito nerorum influxui, aut suppresso humorum transitui tribuendam.

§. VII.

Haec virium vitalium suppressio multis caussis debetur, quarum intima cognitio, vti effatur Ill. RICHTER d) partim adhuc desideratur, licet ad quasdam classes generales referri posse videantur. Nimium irritamentum, in primis inflammatorium, compressio vasorum, unde sanguinis refluxus inhibetur, nutrimenti ope arteriarum adducendi inopia, vulnera totam partium structuram turbantia, huc in primis referenda sunt.

§. VIII.

pata, cuius descriptionem inueniris in recentissimo actorum Hafnienium volumine.

d) l. c. §. 127.

= = =

§. VIII.

Caussae irritantes dupli ratione subinde gangraenam inferre posse videntur. Physiologia et Pathologia docet, nimio virium vitalium motui semper succedere aequam relaxationem et irritabilitatis sensilitatisque imminutionem. Si irritabilitas in nimios motus cietur, postea prorsus extinguitur. Scimus porro, omne irritamentum grauius, corpori viuo allatum, inflammationem et spasticam vasorum constrictiōnem efficiere, vnde et actio neruorum et influxus sanguinis vel imminuuntur, vel omnino inhibentur. Inflammatio grauis semper iunctos habet humores stagnantes, qui iterum virium vitalium accessum mechanice suppressunt. Stimuli externi, praesertim hic recensendi, sunt ambustio, gelu et acrimoniae quaedam internae, metastatice ad partem singulam delatae e), quas

e) Frid. HOFFMANN opera omnia T. III. Gene
vae 1746.

quas in primis suppeditant febres putridae, arthritis, scorbutus. Quid? quod casus existere videntur, ubi solus dolor gangraenam, absque inflammatione praegressa, produxerit.

§. IX.

Omnis pertinax et protracta partium viuarum compressio duplicem ob rationem sphacelum afferre valet. Simulac sanguinis circuitus infringitur, arteriae impediuntur, quo minus particulas sanguinis corruptas e corpore eliminant, et nouos humores sanguinis massae aduehant, et corpus viuum a putredine defendant. Trita experientia hoc probatur, qua scilicet constat, sanguinem aliasque corporis partes, caloris gradui, qui animalem aequat, expositas, inter nychthemeron putredine corripif). Pars itaque, cuius arteriae prorsus

f) Ch. Lud. HOFFMANN Abhandl. von den Pocken I.
§. 290. 437. §. 439. et 996. hoc praceptum distinet

sus ligatae aut clausae sunt ut moriatur
necessa est. Plures vero ad gangraenam,
a compressione ortam, partes ve-
nis tribuendae esse videntur, vnde sci-
licet reditus sanguinis praepediatur, hu-
mores accumulantur, qui partis affectae
dolore, tumore nigricante, oedemate
et putrida dissolutione se se produnt.
Neruorum compressioni vel alii horum
organorum labi non immediata vis ad
gangraenae ortum adscribi potest. Nerui
enim non immediate nutritioni infer-
viunt; nullam enim materiam nutritiam
deuehunt. Agunt attamen in vasorum san-
guiferorum et absorbentium energiam:
licet quidem partes, nullo vel paucō
neruorum apparatu instructae, e. g.
tela cellulosa communis et vngues nu-
triantur: pars tamen, cuius nerui pa-
ralyzin subierunt, marcescit, quum sti-
mulus

stincte probauit, in pathologiae et therapiae adiu-
mentum.

mulus nerveus in vasa impedita fit *g*). Item neruorum in calorem animalem influxus immediatus nullus est, vti *Ill. SOEMMERRING* obseruauit *h*). Inde sit, vt, ligato licet neruo, partem quam adeunte nihilominus calor animalis remaneat, per amplum sane temporis spatium.

Rectissime ait *FRID. HOFFMAN-NVS i*): sicuti totius corporis, ita quoque cuiusuis partis vitam, vigorem et a corruptione praeeruationem, omniumque functionum integritatem ab humorum vitalium libero ac aequabili circuitu pendere. Tamdiu enim pars est viua et a corruptione immunis, quamdiu adhuc sanguinis latex singula eius vasa et vascula aequaliter perluit. Sic

para-

g) MONRO Bemerk. über die Structur und Verrichtung des Nervensystems. Leipzig. 1784. Cap. 22.

h) SOEMMERRING Bau des menschl. Körpers Vol. II. p. 158.

i) Op. omnia Tom. III. Cap. de gangraena §. 8.
Genevae 1748.

paralyticorum membra *k*), vtvt sensu et motu volentario priuata, adhuc tamen vita frui dicuntur, quoniam vitalis adhuc purpura per illa ipsa fertur. Proinde, vt mors totius corporis, ita etiam certae cuiusdam partis mortificatio a cefante sanguinis circulo pendet. Oritur enim inde humorum putredo. Inde **HOFFMANNVS**, caussam sphacelationis proximam potissimum a sanguine eiusque praua constitutione deriuandam esse, censet.

§. X.

Iam supra arteriarum ad vitam seruandam partes tetigi et quodammodo exposui, dum ab earum ligatura ob nutrimenti defectum et inhibitam inde partium nocuarum excretionem sphacelum exoriri posse, demonstrauerim. Iam vero restat, vt aliam adhuc caussam in medium proferam, qua efficitur, vt arteria-

k) Quae summi HOFFMANNI sententia egregie SOEMMERRINGII auctoritati respondet.

arteriarum Tabes gangraenae ansam p̄aebere valeat: debilitatem puta, et immunitam systematis arteriosi irritabilitatem. Summa enim virium prostratio, senium exhaustum, enormis haemorrhagia vel alia profusior humorum euacuatio, confusio et commotio grauior partis cuiusdam, paralysis, marasmus, hydrops, ita actionem arteriarum infringere valent, ut gangraena inde enasci possit. Inde gangraenam senilem mihi interpres tor, licet quidem explicatu difficile sit, qua ratione opium hic auxilium tulisse visum fit. Sunt fortasse, qui credant, gangraenam senilem, quae scilicet in apice extremitatum inferiorum locum habet, a sanguinis arteriosi defectu pendere non posse; quum sanguinem proprio suo pondere facilime ad pedes defluere oportentur. Errant tamen; sanguinis enim pondus in columna protracta, quod e.g. in inferiore aortae parte sanguinem ad extrema inferiora, vel, si corpus capite

innititur, ad encephalum pellit, in arteriis non insigne adiumentum affert, quum in aliis locis e. g. encephali respectu, sanguinis per alias arterias transitum inhibeat. Quodsi etiam sanguinem comparare velis cum aqua, quae tam alte iterum adscendit, quam descendit: arteriarum tamen ramositates huic comparationi contrariae sunt. Nullam enim videbis partem, facilius sudantem, quam caput; nullam, frequentiori haemorrhagiae obnoxiam, quam nasum, vbi nihilo minus sanguis iter felicit, ponderi suo prorsus contrarium. Pedes vero, in quos sanguis, suo pondere pressus, per aortam cadit, primae sunt partes, vbi calor animalis extinguitur; saepius gangraenam subeunt, et rara exempla sunt, vbi haemorrhagiae graues in his partibus exortae sint. Recte itaque concludimus, gangraenam senilem in primis deberi imminutae cordis et arteriarum irritabilitati. Haecce arteriarum vis vitalis,

lis, ad partes, quas adeunt, sanas fer-
vandas, in primis in arteriolis necessaria
est, et natura inde ramis arteriarum
maiorem neruorum copiam concessit,
quam ipsis truncis. Caussa in eo posita
esse videtur, quod trunci arteriosi neruo-
rum energia facilius indigere possunt, a
cordis vi irritabili scilicet ad motus per-
ficiendos incitati ¹⁾). Quantum itaque
pedibus immineat gangraenae pericu-
lum, si, quae illos adeunt et nutriunt,
arteriae vi sua vitali orbatae sint, cui-
que patebit. Gangraenae itaque seni-
lis principium recte in imminuta syste-
matis arteriarum vi vitali locandum esse
videtur.

§. XI.

Tandem vero ad gangraenae caussas
referenda sunt, quaecunque grauissimam
partium dissolutionem afferunt. Inde

B 2 gan-

¹⁾ Vid. Ill. WRISBERG, praceptorum, quo sane
superbio, commentationem de nervis, arterias
venasque comitantibus. Gottingae 1786.

graena frequentissima est sequela vulnerum contusorum et sclopetariorum. Partium enim destructio tanta est, ut non solum gangraenam in parte affecta adducere possit, sed etiam tota membra ob destruētum vasorum ad illa accedentium apparatus ita omni vi vitali orbet, ut gangraena necessario accedat. Patet ex propositis, diuersas has caussas ad idem principium morbi conspirare, scilicet ad extinctam in parte gangraenosa vim vitalem.

§. XII.

Circa morbi prognosin notandum est, gangraenam iam exortam nullam sanationem admittere, solumque medici negotium versari posse in inhibendo praesentis morbi progressu, vel in curatione prophylactica. —

Determinantur haec duo momenta pro caussae nocentis diuersitate, pro aegroti conditione, pro partium affectarum indole, pro symptomatibus de-

nique morbo iunctis *m*). In genere omnis illa gangraena, quae a caussa oritur locali, minus timenda est *n*), quum mali progressus rarius vltra caussam topicam sepe extendere soleat. Ipsa tamen gangraena topica saepe non caret vitae periculo *o*), quum materiae gangraenosae resorptio, febrem putridam neruofas efficere valeat. Interdum gangraena a caussa quidem vniuersali pendet, licet iam ob metastaticam, in partem quan-
dam, depositionem localis sit reddita. Tales gangraenae subinde in febrium pu-
tridarum decursu obseruantur *p*), et subinde crisis speciem prae se ferre vi-
dentur, testante **VOGELIO** *q*).

B 3

In

m) Ill. RICHTER §. 141. in libr. cit.

n) Ill. RICHTER l. c.

o) BELL's Abhandl. von den Geschwüren Leipz.

1779. p. 66.

p) VOGEL Handbuch der practischen Arzneywi-
senschaft T. II. pag. 28. p. 73.

q) ibid. pag. 71.

In partibus, tela cellulosa, eaque in primis atonica, instructis, citius gangraena proserpit, quam in partibus robustioribus. Exemplum praebet gangraena in partibus hydropicis, in pudendis, naribus, ore, faucibus, perinaeo et visceribus abdominalibus. Caussa fatis manifesta est, dum his partibus tanta virium vitalium energia desit, quae sufficiat, ad partis gangraenosae a viuis separationem. Gangraena partium internarum semper fere letalis est ^{r)}, sic, e. g. gangraena viscerum abdominalium pulmonum, cerebri, praesertim post febres putridas. Si vero partes viuae, gangraenae vicinae, inflammationem et suppurationis notam monstrant, spes adest, fore, ut gangraena haud diutius proserpat.

Ceterum notandum est, prognosin gangraenae multis adhuc difficultatibus premi, quum caussae gangraenae partim adhuc

^{r)} SELLE medic. clinica.

adhuc nos fugiant. Datur enim gangraena, quae subito letalis est, licet quidem nulla pars nobilis sit correpta, aut febris putrida exorta, et ipsa gangraena arctis limitibus circumscripta s). Mors hoc in casu tribuenda videtur specificae materiae gangraenosae vi, eiusque immediato et quidem letali in vitam influxui.

XIII.

Omnis gangraenae curatio quatuor inniti videntur indicationibus, quae tan-
tum partes viuas superstites respiciunt t),
quum scilicet gangraenam instantem auer-
tamus, praesentem corrigamus, se-
cessum partium gangraenosarum a vi-
vis promoueamus, et denique vlcus con-
solidemus.

Sphacelus subinde auerti potest
caussarum illum excitantium remotione.
E. g. in enteritide gangraena auertitur
B 4 largis

s) Ill. RICHTER §. 159.

t) ibid. 144.

largis venaelectionibus, in hernia incarcerata eius reductione; gangraena ab atrocissimo dolore sine vlla praegressa inflammatione oriunda poscit sedantia anodyna, in primis opium u). Quod si vero mali caussa erui nequit, curatio versatur in auferendis symptomatibus morbum comitantibus. E. g. virium vitalium prostratio poscit excitantia et corticem peruvianum; fordes in primis viis, quae, monente Ill. RICHTERO, saepissime gangraenam comitantur, euacuandae sunt.

§. XIV.

Eaedem regulae valent de gangraena iamiam orta. In primis in curatione respiciendum est, quae ad sit febris modificatio. Saepe enim febris gangraenam comitatur, quae plerumque oritur a colluvie in primis viis, vel characterem puerorum inveniuntur.

u) Talem casum POTT sämmtliche chirurgische Werke B. II. p. 538. seqq. Berlin 1787. describit; opium et anodyna externa cum utilitate adhibebantur. Quaerendum est, utrum gangraena Senilis, sic dicta, huc pertineat, necne.

tridum aut inflammatorium p^{rae} se ferre solet. Hae diuersae febrium species tempus, et conditionem determinare debent, quando et vbi cortex peruvianus, quem merito primis annumerant remediis in gangraena commendatis α), conveniat. Conuenit vero cortex, si gangraena pendet a putrida humorum dissolutione aut a virium vitalium prostratione. Ill. RICHTERVS eius puluerem omni bihorio ad drachmam vnam porrigidendum esset, iubet γ). Hocce remedium, si putrida humorum dissolutio adfuerit, acido vitrioli, alumini; si virium prostratio vrget, cardiacis, e. g. vino generoso, arnicae, serpentariae, si symptomata spastica neruosa apparent, valerianae, moscho, opio adiungi debet ε). Nocet vero cortex peruvianus, si gan-

B 5

grae-

α) BELL Abhandl. von den Geschwüren p. 69.

γ) l. c. §. 155.

ε) Aliter iudicantem v. SAM. SHARP critical enquiry int the praesent state of Surgery cap. VIII.

graena, integris viribus aegroti, a sola cauſa topica ortum traxit; annotandum tamen est, praeeunte Ill. RICHTERO a), quod circumstantiae mutari possunt. Potest enim fieri, vt, praefente gangraena humida, ichor gangraenosus tandem reſorbtione febrem putridam afferat, quaे ſtrenuum corticis uſum poſtulat, qui in morbi initio omnino haud neceſſarius erat.

Post corticem peruvianum in gangraena in primis laudatur opium, licet quidem non omnibus morbi generibus opem afferre videatur. Casus, vbi opium conueniat, gangraena POTTIANA b) eſt, quam acerbiflum dolor antecedit, abſque ullis inflammationis signis. Ill. RICHTERVS hoc in caſu morbum materiae alicui irritanti acri, metaſtatice depositae, tribuit c). Corticis uſus hic detri-

a) l. c. §. 156.

b) POTTE l. c.

c) l. c. §. 162.

detrimentum pararet. Illi, qui doloribus vagis arthritidis anomalae laborant, in primis ab hac gangraena infestantur *d*). Hic etiam fomentationes anodynæ e. g. lacteæ conueniunt; spirituosaे vero et aromaticae nocent *e*). Quaerendam tamen foret, num *gangraena senilis*, quæ a sola debilitate arteriarum nutrientium pendet, non aliam medicinam sibi vindicaret quam opium? Talis esse videtur morbus, quem Cl. NEU *f*), describit, vbi certe in initio cortex peruvianus, interne datus, vna cum fomentationibus aromaticis et aqua calcis utilitatem obtulit, licet quidem morbi descriptio lectori non prorsus satisfaciat *g*).

VAN

a) ROTT in RICTERS chirurg. Bibl. Band III.
p. 600. sqq.

e) ROTT l. c.

f) Dissertatio exhibens obseruationes medico-practicas et chirurgicas. Gottingae 1776.

g) Cfr. Ill. RICHTER chirurg. Bibl. B. IV, p. 341.

VAN SWIETEN hunc morbum insanabilibus annumerat, et ipse eius letalitatem in suo corpore expertus est. Dom. DE BRAMBILLA tamen corticem peruvianum et fomentationes aromatiscos cum utilitate hic a se adhibita esse gloriatur. Re vera, si gangraena senilis a cordis et arteriarum debilitate pendet: cortex sene et aromatica volatile theoriae magis respondent, quam opium *h).*

Inter remedia, in genere gangraenae resistentia, merito etiam vinum et alia remedia sic dicta neruina referuntur, ita ut SHARP *i)* non dubitet, quin illa cortici peruvianani adponat. BELLIUS *k)* vinum, nutrientia, alcali volatile et confectionem cardiacam dispensatoriorum anglicorum laudibus extol-

lit.

h) ibid. p. 281.

i) in libro cit. in cap. de amputatione.

k) Abhandl. von den Geschwüren. p. 69.

lit. In illa gangraena senili, quae ab arteriarum debilitate pendet, in primis haec remedia opem quandam praestare videntur.

§. XV.

Partium gangraenosarum a viuis separationem promouet inflammatio et suppuratio ad limites partis corruptae, unde pars mortua corporis peregrini instar, tandem depellitur. Quodsi haec separatio cum quadam constantia procedit, concludere licet, caussam, quae gangraenam induxit, tacere velle. Haec operatio saepe solius corporis viribus progreditur. Quodsi vero margines viuae valde dolent, cataplasmata emollientia, praeeuntibus Ill. RICHTERO *l*), et POTT *m*), applicanda sunt. Quodsi vero marginibus iustus inflammationis gradus deest, applicanda sunt remedia irritantia externa, quid? quod ipsa ru-

befa-

l) Chirurg. Bibl. Band 3. p. 603.

m) l. c.

befacientia et vesicantia cum insigni effectu adhibita sunt *n*). Conuenit in hoc casu carnium victus, vinum et internus corticis peruviani usus; sicuti in illo opium et hyoscyamus in primis indicationi satisfacere videntur.

o) Ut localis putredo imminuat, ichor gangraenosus evacuetur, et resorptionis periculum inhibeatur, incisiones instituantur in partibus gangraenosis, et applicantur remedia antiseptica, quorum tamen effectus salutaris in primis ab eorum vi irritante et inflammationem promouente pendet. Huc pertinent camphora, cortex, acetum, flores chamomillae, calamus aromaticus et in primis oleum terebinthinae *o*). Incisiones vero caute

n) Ill. RICHTER Anfangsgründe der Wundarzneyk.

§. 167.

o) Casus vbi solae incisiones et fomentationes aromaticae gangraenam inhibuerunt, exstant in Journal de medicine Tom 47. cfr. RICHTERS chirurg. Bibl. Vol. 4. p. 705.

caute sunt instituendae, ne pars viua,
quae sine difficultate feruari potuisset,
laedatur, et aegroto inde dolores frustra
excitentur *p*), et, vti Ill. RICHTER
monet, resorptio ichoris augeatur.

§. XVI.

Accedo tandem ad tritum illud, sed
anceps de amputatione et ablatione par-
tium gangraenosarum argumentum. Ill.
RICHTERS, omnibus, quae at-
tendi debent, collatis, pronuntiat: am-
putationem in casu gangraenae rarissime,
vel nunquam fere conuenire *q*). Nun-
quam enim certo limites gangraenae de-
terminare possumus, et inde post ampu-
ta-

p) Docent pathologicae obseruationes, substantiam
neruorum diutius corruptioni, puris vi rodenti,
putredini et ipsi gangraenae resistere, quam car-
nem muscularam v. SOEMMERRING Bau des
menschl. Körpers. Vol. 5. p. 142.

q) RICHTERS Anfangsgr. der Wundarzneyk. Vol. I.
§. 145.

tationem semper pars quaedam gangraenosa remanet, cuius separatio tantum temporis requirit, quantum separatio totius membra gangrenosi absque amputatione. Tamen **BELLIVS** r) ab amputatione illam sibi pollicetur facilitatem, ut scilicet maxima membra gangrenosi pars inde separetur, et putredo, foetor, periculum infectionis et absorptionis ichoris gangrenosi imminuat. **BELLIO** vero opponi iure potest, hancce amputationis utilitatem tantum de gangraena humida valere. Porro incisiones et applicatio remediorum antisepticorum eundem effectum praestabunt. Haecce enim auxilia eo magis feligenda sunt, quam amputatio, quae fane inter grauissimas, quas chirurgia offert, operaciones referenda est, aegrotum maiori periculo tradat. Perpendendum est enim, annotante Ill. **RICHTERO**, aegrotum plerum-

r) Lehrbegriff der Wundarzneykunst Band 5. p. 91.
(Ed. Germanica).

plerumque febre putrida correptum esse,
 ubi vel leuis haemorrhagia summam
 debilitatem afferre solet. Ceterum, si
 quis etiam gangraenae amputatione con-
 sulere velit, certo credere potest, illam,
 si gangraena nondum sistit, nullos fru-
 ctus esse edituram. Operatio enim
 inhibere nullo modo potest, quo minus
 gangraena iterum in loco amputationis
 sese prodat, in maximum sane aegro-
 tantis periculum s). Patere itaque vi-
 detur, membra gangrenosi amputatio-
 nem, nullam utilitatem polliceri posse
 valetudini aegroti. Quodsi quidem
 causa morbi extincta est, morbusque
 itaque sistit, et partis emortuae foetor
 ipsi aegroto ac adstantibus nimis mole-
 stus est: amputatio, si in parte mortua
 perficitur, aegroto noxia esse nequit,
 licet quidem haud necessaria sit.

Quod-

s) POTT's sämmtliche chirurgische Werke. Berlin

1787. Vol. II. p. 132.

Quodsi totum membrum gangraena correptum est, et partes molles iam secesserunt, nonnulli ossis dissectionem suadent. Haec vero methodus, prae-eunte ill. RICHTERO t), reiicienda est, quum separatio gangraenosi ossis nequam inde promoueatur. Observations enim docent, ossis necrosis satis alte proserpere, vnde ferra non valeat ad omne mortuum separandum. Semper itaque remanet ossis corrupte fragmentum cuius separatio tantum temporis poscit, quantum vel sine ossis dissectione opus fuisset. Si vero membrum sphacelo sicco correptum est, amputatio ossis eo magis non suadenda est, quum partibus viuis fulcrum sit, ac chirurgo aegrotoque varia commoda suppeditet.

§. XVI.

Sphacelns siccus s. necrosis partium molium eo differt a gangraena hu-

t) Anfangsgründe der Wundarzneyk. Vol. I. §. 152.

humida, quod pars affecta humoribus priuata sit, et exigua putredinis signa manifestet. Huius generis est morbus, quem Galli *Ergot* nominant, et a multis auctoribus cum raphania perperam confusus est. Raphaniae enim et sphaceli siccii symptomata, valde inter se se discrepant, licet quidem uterque morbus a victu corrupto et a pane vitiato excitari possit, in primis sub tempestate humida u). Gangraena digitorum pedis, cuius iam supra meminimus semper fere ad hanc classem pertinet. Diagnosis huius affectionis vix differt a cetero sphacelo, nisi absentia humidae et putridae partium dissolutionis. Caussa proxima itidem haeret in extinctis viribus vitalibus. Pleraeque etiam caussae occasionales huc referendae videntur, quae etiam sphacelum humidum excitare va-

C 2 lent

u) SELLE med. cl. p. 260.

lent x). Disponentes vero caussae proprium characterem tuentur, scilicet siccitas. Inde fit, vt senium, vasorum rigidas, arteriarum ossecentia, compressio partis grauis, e. g. a decubitu, saepe necrosin antecedant. Omnes caussae occasionales, si talis siccitas praedisponit, gangraenam sicciam efficiunt, Datur febris quaedam maligna, cuius metastases criticae gangraenam sicciam produnt y). Prognosis morbi, licet circa partem affectam eadem sit ac in sphacelo: tamen respectu totius corporis benignior est; lentius enim proserpit et minus resorptionis periculum, timendum est. Exempla exstant, vbi gangraena per integros menses et annum lentissime proserp-

x) Explicatu tamen difficile erit, quomodo cibi ex frumento vstilagine inquinato in certis regionibus semper necrosin, nunquam sphacelum, creare soleant? v. TESSIER Traité des maladies des grains. Paris 1783.

y) Acta Hafniensia in Vol. cit.

fit z). **Gangraena a decubitu**, et saepe etiam metastatica, laetam prognosin admittunt a).

Curatio sphaceli siccii nihil singula-
ris habet, modo respiciatur siccitatis character. In genere hic magis valent emollientia externa, ut mortui separatio promoueatur. Dolor vehementissimus partis affectae sine inflammationis signis, strenuam opii adhibitionem postulat b).

Gangraena a decubitu plerumque in decursu febrium putridarum obseruat-
ur. Quum magnae inde molestiae ori-
antur: medicus, quantum fieri potest,
prophylacticam curationem hic admini-
strare debet. Situs et linteamenta ae-
groti saepe mutentur. Conuenit situs
horizontalis, ut corporis pondus omni-
bus

z) RICHTER'S Anfangsgründe der Wundarzneyk.

V. I. §. 142.

a) VOGEL I. c.

b) POTT I. c.

bus partibus aequaliter innitatur, lectulum Cattianum c), puluinaria crinibus equinis impleta, lauatio frequens aquae aut lactis, vnguentum ex camphora et butyro insulso, linimentum ex albumine ouorum c. spiritu frumenti d), aqua Thedeniana e). Ulcera humectentur decocto corticis peruviani, haud neglectis remediis internis.

c) Philosophical Transactions Nr. 468. anno 1742.
p. 346.

d) RICHTER I. c. §. 170.

e) THEDENS Bemerk. T. II. p. 252. seqq.

THESES.

- I. *Pathologicus aetatis infantilis character est atonia cum aucta irritabilitate et sensilitate, senilis vero rigiditas cum imminuta sensilitate et irritabilitate.*
- II. *Febris est affectio virium vitalium conantium mortem auertere.*
- III. *Angina pectoris oritur a materia arthritica.*
- IV. *Durante grauiditate pelvis ossa paululum secedunt.*
- V. *Non dantur remedia prophylactica hydrophobiae praeter traditionem vulneris.*

VI.

*VI. Virile semen ex vesiculis seminalibus
iterum resorberi posse credo.*

*VII. Sphacelus vix amputationem ad-
mittit.* 2323 H T

*VIII. Inter alias cauſſas, quae phthi-
ſios pulmonalis curationem impediunt,
non negligendus videtur difficultis pu-
ris ex abscessu pulmonali effluxus.*

IX. Dantur remedia prophylactica luis.

*X. Educatio puerorum physica, morali
non postponenda est.*

*XI. Athletica et Gymnastica priscae
Graeciae non respondent diebus nostris.*

*XII. Tortura non solum nullam affert
utilitatem sed etiam magna damna
reipublicae.*